Németh Péter: A városlődi karthauzi kolostor története és régészeti emlékanyaga I.
A Veszprém Megyei Múzeumok Közleményei 19–20 1993. 374. oldal.
https://library.hungaricana.hu/hu/view/MEGY_VESZ_Veszprem19_20/?pg=368&layout=s

James Hogg szerint 1557. június 8-án történt, ám forrást nem jelölt meg:
HOGG, James: The Charterhouse of Löwöld as seen in the Acta of the Carthusian General Chapter. Analecta Carthusiana 223 1994. 85. oldal.

Hevenesi gyűjtemény - 10. kötet Hevenesi 10/36. Regensburg, 1557. január 18. Confirmatoriae Ferdinandi regis Hung., super bonis monasterii Carthusianorum in Lőwöld, in comitatu Saladiensi habitis p. 165-169.

— 206 —

Kívülről: Illustrissimo et Rndmo, nec non Generosis Dominis Dominis Sacrae Cesareae Regiaeque Majestatis inclite Camerae Hungaricae Posoniensis Prefecto et Consilariis etc. Dominis et Patronis Gratiosissimis.

Országos Levéltár: Acta neoregestrata fasc. 618. Nr. 68.

Nos Frater Ladislaus Prior Fratrum Cartusianorum de Leveld et Commissarius totius Conventus Ordinis Fratrum eorundem Cartusianorum Memorie commendamus hos presentatos, quod cum Nos post Destructionem Monasterii nostri Leveld Bona nostra ad dictum Monasterium nostrum pertinentia nunc procul a Nobis existentia commode defendere, Proventusque eorundem Bonorum nostrorum Nos minime percipere et nostra facultate administrare posse cognoverimus, accendente nostro juxta humillimam Supplicationem Consensu et Mandato Regie Majestatis Domini nostri Clementissimi Universe Ecclesie et dicti Monastiri nostri Leveld circa Lacum Balaton existentis, signanter Possessiones Nagy Leveld, Kis Leveld, Rezenek, et Borzorezek ac Geze, Nagy Nyull in Jauriensi, nec non Udvari et Tapolcza in Szaladiensi Comitatibus existentes et habitas simul cum cunctis suis Utilitatibus et Pertinentiis quibuslibet Terris scilicet arabilibus, Cultis et incultis, Agris, Pratis, pascuis, Foenetis, Vinearumque Promonthoriis, Vineis, Sylvis et Montibus, Nemoribus Vallibus, Aquis, Fluviis, Piscinis, Piscatoriis, Aquarum decursibus, Molendinis et eorundem Locis, Gratialiter vero quarumlibet Utilitatum et Pertinentium suarum Integritatibus, quovis Nominis Vocabulo vocitatis, sub suis veris Titulis et ab antiquo ad easdem pertinentibus deberi Reverendo Domino Andree de Keres Episcopo Ecclesie Vesprimiensis usque ad feliciorem reditum Status Regni, ordinisque nostri in Regno Hungarie in pristinum Statum reformationem pro Summa florenorum hun-

— 207 —

garicalium Nonaginta annuatim in Arendam dedimus et collocavimus in bonis Monetis pro tempore Currentibus, singulis Annis duobus Terminis, videlicet ad Festa Beatorum Martini et Georgii Nobis in conventu nostro persolvendis hujusmodi sub Conditionibus: ut prefatus Dominus Episcopus Vesprimiensis et per consequens Officiales ejusdem moderni et futuri a colonis nostris Ecclesie nostre in prescriptis Universis Possessionibus nostris commorantibus nihil extra solitum consuetum censum ordinarium ac numeratum et citra ipsorum Colonorum ab antiquo solvere Debitum exigere possent, in Genere vero Servitiorum nulla ad majora Servitia exhibenda ipsi Coloni per Anni circulum cogantur, quam quilibet Colonus Censualis, Sedecim Dies et Inquilinus juxta eorum facultatem servire cogantur, *hoc preterea interposito, quod si Dominus Andreas de Keres Episcopus Vesprimiensis per translationem ad alium evocaretur Episcopatum, vel Clementer sublevaretur, vel idem Episcopus Divina Vocatione fato concederet, extunc prescripta Universa Bona Ecclesie ac Monasterii nostri in Nos et Conventum nostrum redeant et restituantur,* eo fato harum nostrarum Vigore et Subscriptione manuum nostrarum Sigillique nostri munimine et Testimonio Litterarum mediante. Datum in Castro Sümegh in Festo B. Bartholomei Apostoli, Anno Domini 1554.

Országos Levéltár: Acta Ecclesiastica fasc. 71. No. 57.

Magnifice, Generosi ac Egregii Domini, fautores et Amici observandissimi Salutem et servitiorum meorum commendationem.

Circa possessiones et decimas Abbatiae Tichoniensis et Praepositurae Albensis, per Reverendissimum Dominum Matthiam Herovicium Electum Episcopum Chanadiensem praetensas, Vestrae Magnifica Generosae ac Egregiae Dominationes a me de statu illa-

161 – 141

165

Nos Ferdinandus divina favente Clementia Romanorum Hungariae Bohemiae etc. Rex Semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Stiriae, Carinthiae, Carnioliae, Marchio Moraviae, Dux Luxenburgiae ac superioris et inferioris Silesiae, Wirtenbergae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod pro parte et in persona fidelis nostri Reverendi Andreae de Kewes Episcopi Ecclesiae Vesprimiensis, et Consiliarii nostri exhibitae sunt nobis et praesentatae quaedam literae honorabilis fratris Ladislai Prioris fratrum Carthusiensium de Löwöld et Comissarii totius Conventus ordinis fratrum eorundem Carthusiensium in simplici papyro patenter confectae, sigilloque ejusdem ac propria manus subscriptione communitae quibus mediantibus idem frater Ladislaus Prior Universa bona Ecclesiae et dicti monasterii Löwöld jam desolati citra lacum Balatoni existentia signanter possessiones Nagy-Löwöldt, Kis-Löwöldt, Vennek et Borzoregatz in Saladiensi Comitatu existentes habita simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, utilitatumque et proventuum integritatibus, praefato Episcopo Vesprimiensi usque ad feliciorem exitum status regni praedicti, ordinis in Regno nostro Hungariae reformationem, pro summa florenorum Hungaricalium nonaginta annuatim praefato Conventui persolvendae in arendam dedisse et locasse dignoscebatur tenore infra scripto. Supplicatum itaque est Maiestati nostrae parte praefati Andreae de Kewes Episcopi Vesprimiensis, ut easdem literas ac omnia et singula in eisdem contenta, ratas, gratas, et acceptas habentes litterisque nostris privilegialibus de verbo ad verbum inseri et inscribi facientes praemissae dationi locationi et arendationi aliisque omnibus et singulis insertis in tenore earundem litterarum clausis expressis nostrum regium consensum benevolum pariter et assensum praebere dignaremur. Quarum quidem litterarum tenor talis est. Nos frater Ladislaus prior fratrum Carthusiensium de Löwöld, et Comissarius totius Conventus ordinis fratrum eorundem Carthusiensium memoriae commendamus per praesentes, quod cum nos post destructionem Monasterii nostri Löwöld, bona nostra ad dictum monasterium nostrum spectantia nunc procul a nobis existentia commode defendere, proventibusque eorundem bonorum nostrorum nos minime percipere et nostra facultate administrare posse cognoscimus, accedente juxta humillimam nostram supplicationem consensu et mandato Regiae Maiestatis Domini nostri Clementissimi, Universa Ecclesiae et dicti Monasterii nostri

100

Dr. cxxx. Lövald circa locum Balatini existentia signanter possessiones Nagy-
Lövald, Kys-Lövald, Hennek, et Borzorsek, ac Gelske, et Nagimi-
10-y-Byút. vel in Vanzien, nec non Udvary, et Tapolcza in Zaladiensi com-
+ Trid ad mitatibus existen. et habita simul cum cunctis suis utilitatibus et
Balaton. pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis,
agris, pratis, Pascuis, fenetis, sylvis, nemoribus, montibus, vallibus, vi-
netis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscatoriis aqua-
rum decursibus, Molendinis et eorundem locis, generaliter vero quo-
rumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nomi-
nis vocabulo vocitatis, sub quovis titulis et ab antiquo ad ea
pertinere debentibus Rmo Dno Andrea de Kemes Episcopo Eccles.
Vesprimien. usque ad feliciorem reditum statuum regni ordinisque nostri
in Regno Hungaria in pristinum statum reformationem pro summa
florenorum Hungaricorum Nonaginta annuatim in arendam dedimus
et collocavimus in bonis monetis pro tempore currentibus singulis
annis duobus terminis videlicet ad festa Beatorum Martini et
Georgii nobis in conventu nostro persolven. hujusmodi sub conditio-
nibus ut prefatus Dnus Episcopus Vesprimiensis et per consequens
officiales ejusdem moderni et futuri a Colonis nostris et Ecclesie nostre
in prescriptis universis possessionibus nostris commorantes nihil
extra suitum consuetum usum ordinarium ac numeratum et Bi-
Sagium ipsorum Colonorum ab antiquo solvere debitum exi-
gere possint, in genere vero servitiorum nulla ad majora servitia
Ad tenta- exhibenda ipsi Coloni per anni circulum cogantur quamquilibet
ad dec vita Colonus Censualis sedecim dies et inquilinus juxta eorum facultatem
ā promotionis. servire cogantur, hoc preterea interposito, quod si Dnus Andreas
de Kemes Episcopus Vesprimiensis per translationem ad aliud eos
cavetur Episcopatum vel clementer sublevaretur vel is Dnus Episcopus
divina vocatione fato concederet ex tunc praescripta universa
bona Ecclia et Monasterii nostri in nos et Conventum nostrum
redeant et restituantur, eo facto, harum nostrarum vigore
et subscriptione manuum nostrarum, sigillique nostri, et testi-
monio litterarum Mediante datum in Castro nostro in festo Beati
1554. Bartholomaei Apostoli. Anno Dni Millesimo quingentesimo quin-
quagesimo quarto. Nos humillima supplicatione pro parte
prefati Andrea de Kemes Episcopi Vesprimiensis nostri modo
quo supra porrecta Majestati Regia benignitate exaudita et

-li mentes admisse praescriptas honorabilis fratris Ladislai Prioris
...lcrat non abrasas, non cancellatas neque in aliqua sui parte suspectas
sed omni prorsus vitio suspitione carentes privilegiatibusque litteris
nostris de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali
insertas et inscriptas, quoad omnes earum clausulas et articulos celeris-
que eatenus eadem rite et legitime existunt emanatae viribusque earum ve-
rias suffragatas, ratas, gratas, et acceptas habere, necnon praemissis datio-
ni, locationi et arendationi et aliis omnibus et singulis superius in tenore
earundem litterarum clarius expressis nostrum regium consensum
benignum sine tribuimus benevolum pariter et assensum harum nos-
trarum quibus in absentia secreti sigilli annulare sigillum nostrum
est appensum sui vigore et testimonio ~~roborati~~ ratum, datum, Ratis-
bonae decimo octavo die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo
1557 Quingentesimo quinquagesimo Septimo, Regnorum nostrorum Ro-
mani Vigesimo septimo aliorum vero trigesimo primo